M
1490
B87O3

...ntiu
...ñ ex su
...bcessi
...r prou
...ie ĩ th
...atq;
...ortales
...tur ne
...ẽ intel
...hende
...t ĩ oĩbz
...sũt cõ
...e mẽti
...one aut
...a intel
...et ho
...i puri
...meito
...quo ipe
...uiũ cap
...rarũ
...ĩ hũa
...varie
...mi: v

...tur. Iam qui p̃mo loc...
...arũ scãrũ recũbit. ꝓpri...
...ecũbit: nõ capit qd̃ cre...
...cepit. Et ipe deicitur: et...
...escire lr̃as. processu inte...
...ubleuat. Et ipã se pand...
se a supbis sepe diuertit. ...
resistit ne intelligant: hu...
ligendi dat graciam. S...
sacramẽtorũ: ad quas q...
credit accede indignissim...
se magis existimauit in...
est habitus in conspcũ i...
ꝯgnoscẽtis. Sũt et nupc...
ceptorũ atq; v̄tutũ: in q...
p̃honorans ex loco cõple...
existimans rc̃e diuina p...
v̄tutes deduxisse in actũ. ...
se dilcõnis et opacionis
atitudinẽ suis meritis se...
erit supp̃metur: qm̃ veri...
oĩa bene feceritis. fecisti...
dicite. seruu ĩutiles sum...
se solũ existimabat diui...

10783

L
H
H

ODÆ SACRÆ,

LVDOVICI HELMBOLDI MVLHVSINI, SVAVIBVS HARMONIIS, AD IMITATIONEM ITALICARVM VILLANESCARVM, NVSQVAM IN GERMANIA LINGVÆ LATINÆ ANTEA ACCOMMODATARVM, ORNATÆ STVDIO

IOACHIMI A BVRCK,
CIVIS MVLHVSINI.

ALTVS
PRIMI LIBRI,

Cui secundus, anteà seorsim editus, nunc adiunctus est.

Lenta festinatio
Ambulat rectissimè:
Hæc sit huius Musicæ
Concinendæ Regula.

MVLHVSII,
TYPIS ANDREÆ HANTZSCHII:
ANNO M. D. LXXXVII.

M1490
.B87D3
Case

CAVTELA PRO CANTORIBVS NON ADMODVM PERITIS.

VAlor Notularum non duplicandus, sed sub tactu perfecto mensurandus est: Quo non obseruato, genuina suauitas & gratia Odarum perit.

Penultima quoq; Notula, duabus virgulis circumscripta hoc signo denotat Repetitionem ab inchoandam esse, quod tamen arbitrarium est.

GENEROSO ET ILLVSTRI DOMINO, DOMINO BVRCKHARDO, COMITI BARBIENSI, ET DOMINO in Mülingen, ORDINIS TEVTONICI per Thuringiam Administratori, &c. Domino suo clementissimo.

INTER CÆTERAS INeptias, & vanitates, quibus mortales plurimùm student, non postremæ sunt, impuræ & amatoriæ cantiones, quas S. Scriptura stultiloquia, & inanes sermones nominat. Accersunt enim iram DEI, contristant Spiritum S. repellunt S. Angelos, & offendunt pias aures. Quod cum de Idiotis turpe dictu sit, de literatis turpissimum esse, nemo piorum negabit. De MVSICA hoc fatendum est, plùs æquo ipsam, tam à quibusdam Symphonistis, quàm Cantoribus practicis, prophanari. Sed de hac re multa verba facere, neq; mei instituti nunc est, neq; huic opusculo conuenit. Vt autem non alios edidi concentus, quàm Ecclesiasticis festiuitatibus aptos: Ita nunc has pias Odas, quibus in liberalibus Christianorum conuiuijs honestè vti liceat, suaui, atq; apud Germanos inusitato canendi genere, non sine accurata verborum & ac-

centium obseruatione, cantabiles reddidi. Cumq; Spartam meam pro viribus ornem, quam nactus sum eo in loco, cuius Ecclesia & Schola patrocinio Clementiæ Tuæ diuinitùs commissa est: volui, imò debui, propter affectionem, & amorem singularem, quo C. T. non modò vrbem Mulhusinam, sed cum primis etiam Mysteriorum DEI fideles & idoneos Dispensatores, nec non bonarum artium cultores ibidem amanter complectitur, & liberaliter fouet, Musam meam C. T. dedicare: submissè orans, vt ipsa meis studijs contra Zoilos, huius lepidæ Musicæ (de nigris notulis) ignaros, patrocinari, & donum meum, cum propter Musicæ Artis præstantiam, tum propter textuum pietatem, clementi vultu accipere: meq; totum sibi commendatum habere velit. Quod superest, oro filium DEI, vt C. T. quàm diutissimè incolumem seruet. Mulhusio Duringorum vrbe Imperiali, die 5. Aprilis. Anno Christi 1572.

C. T.

Addictiss:

Ioachimus à Burck, Musicus & ciuis Mulhusinus.

PIO

PIO CANTORI SALVTEM DICIT

M. LVDOVICVS HELMBOLDVS MVLHVSINVS.

SIngula verba DEVM
Examinaturum ſciens:
Aut taceat labium,
Aut impium nil proferat.
De reliquis ratio
Reddenda verbis iudici,
Triſtis erit: caueat
Poeſis, atq; Muſica:
Plena iocis, Sathanæ
Placentibus, non Angelo:
Cuius ab ore ſonat
Ter Sanctus in cœlis DEVS.
Plurimus Italicis
In Cantilenis eſt lepos:
At pietatis habent
Parum: pudoris indigæ,
Delicias faciunt
Carni, dolorem pneumati.
Noſtra DEVM celebrat
Poeſis, atq; Muſica:
Eſt pia, num lepida
Sit, auris æqua iudicet.

I. ODA, DE NOTITIA: DEI.

A DEO *ſcirem ni ſi me cre-*



a tum, Lubri *cæ ſortis*



ra pe rer proce llis, Nec *ua gæ*



cymbæ re quiem da tu rum, Lit-



tus haberem, Lit *tus ha be rem.*

ADEO

A DEO ſcirem niſi me redemtum,
Quando terrores animum fatigant:
Anxius culpæ venia carerem,
Mœſtus obirem.

A DEO ſcirem niſi me ſacratum,
Huc & illuc cum Furijs vagarer:
Execrandorum ſcelerum ruina
Præcipitarer.

Sed creatum me ſimul, & redemtum,
Atq; ſacratum ſcio per Iehouam:
Hic mihi portus, veniæq; ſpes eſt,
Atq; ſalutis.

Ex tuo verbo DEVS iſta noui,
Particeps verbi ſit vt omnis ætas:
Cum tuo Gnato Pater, atq; Sancto
Flamine, præſta.



O Mnia de ni hi lo, Omnia de ni hi lo
Ex tenebris su bi tò, Ex tenebris subitò



Promit DEVS creator, Firmatur arx poli,
Prodire lux iubetur.



Pars a re fit so li, Cœlum su as undas capit,



Vndis & æquor af fluit, Vndis & æquor affluit.

Iussa

Iussa virescit humus,
Per arbores, & herbas:
Fert noua signa Polus,
Cum Sole mille stellas:
Nat piscis æquore,
Volucris aere:
Iumenta, vermes, bestias
Fert terra, quasq; per plagas.

Denique surgit homo,
Humo iacente cretus:
Spiritus à Domino
Inflatur, atq; motus:
Imaginem sui
Nanciscitur fabri:
Vt sanctitate præditus,
Bonis fruatur omnibus.

Talia nanq; DEVS
Creata cuncta fecit:
Sicut & ipse bonus
Est semper, ac manebit:
Heu dissimillimos
Nos esse redditos,
Sed innouamur vbere
Christi lauantis sanguine.

III. DE VNIVERSALI CALAMITATE.



C V rarum, Curarum, ij. nihil

in ue nitur expers, nihil in ue ni tur ex-



pers, Morta les, mortales u bi



cun q; ſunt co lo ni, Morta les u bi

cunq; ſunt co lo ni.

Graſſa

Grassatur labor, & dolor per omnes:
Maiores cruciantur, & minores.

Peccatum melius nihil meretur:
Peccato precium mori statutum.

Peccato sumus intus inquinati:
Peccamus foris, angimur reatu.

O IESV, procul hunc vt abstulisti,
Sic curas alacri fide repellis.

IIII. DE



A Domino po ſi tæ, A Domino



po ſi tæ Sunt i ni mi ci ti æ, Sunt



i ni mi ci ti æ, inter antiquũ Draconẽ, Draconẽ,



ij. & Mariam uirginẽ, & Mariam,

uirginem, Mariam, Mariam uirginem, ij.

Seminibus

Seminibus geminis
Lis ſtat, & ira grauis:
Occidat vertex ſuperbus,
Pes triumphet ſaucius.

Talia diſsidia
Quem piget eſſe rata:
Nec ſtygis nouit Tyrannum,
Nec Monarcham ſyderum.

Sed benè ſic poſitæ
Sunt inimicitiæ:
Sic enim rectè docemur:
Sic ad Aſtra ducimur.

Funditus hydra iacet,
Æthera Chriſtus habet:
Ille noſter eſt Patronus,
Sic beati viuimus.

V.DE



SAbbathi colen di DEVS autor est, reuol-
Il li us q́; le gi Re ueren ter ob se qua-

ue: Be ne dictus, at q́; sanctus sit
re:



sep timus dierum, Finis, qui es q́; re rum,

Quid

Quid prophane cœptas?
Sacra te vocant, recedis:
Rus, domumq; curas,
Animæ bonum relinquis:
Sapiens tibi videre:
Vesanus est, laborat
Qui plurimum, nec orat.
Ni DEVS creasset
Spacio priore campum:
Stulte nunquid esset,
Vbi verteres aratrum?
Nisi Sabbatho quiesces,
Amore sanctitatis:
Quod quæris, haud habebis.
Cæteris diebus
Scatuit frequente Manna,
Sabbathi sub ortus
Fuit absq; pane terra:
Tamen exie ns Hebræus,
Per irritum laborem,
Læsit DEI fauorem.
Ligna colligebat
Sibi profutura pauper:
Quid fit? occidebat,
Lapides lucratus æger.
Lapides, mori iubentes:
Dum Sabbatho lucraris,
Prophane, cuncta perdis.

VI. DE



PRoh ſumme, proh ſumme cõtemplator uni-



uerſi, Proh ſumme cõtẽplator u ni uer



ſi Cœ li, ſoli, ma risq;. Quis æſti ma bit i-



ras, Noſtrum tuas in æuum, noſtrũ tuas in æuum?

Cum



Com ſolus in terris Cainus eſſet,
Fuſo madens cruore:
Horrendus intonabas,
Reumq; territabas.

Sic inquis: illa terra, quæ cruorem
Fratris tui recepit:
Crebro tuo labori
Fructus ſuos negabit.

Quot noſtra cædes perpetrauit ætas?
Quot perpetrare pergit?
Et mira res putatur,
Si quando terra fallit.

Miranda res erat magis putanda,
Seges quòd vlla creſcit:
Tam grandis eſt reatus:
Tu gratia redundas.



Quid ſpe ci o ſa Quid ſpe ci-
it la ce ratum, it la ce,



o ſa ve ſte ſuper bis e Credi-
ratum Omnis a mi ctus,



tus ar cæ, Ne macu le tur, ne macu letur,



Fit ti ne arum Eſca, uora tur,



Eſ ca, uo ra tur.

Quem

Quem tibi lana
Præstat honorem?
Quisquis & illi
Fucus adhæret:
Quid bonitatis
Inde lucraris?
O malesane
Dedecus auges.

Dedecus est, quòd
Corpora velas.
Nuda creata
Sunt, sine labe:
Turpis Adami
Lapsus & Heuæ,
Ista decoris
Monstra parauit.

Pelle creator
Vestit vtrunq;
Atq; probrosis
Laudibus inquit:
Ecce, dijs par
Fulget Adamus:
Te pare tectum
Pelle, memento.

VIII. DE MORTALITATE HVMANI GENERIS.



TEr decem, ter & trecen tos Vixit A-



damus annos: Vixit, uixit, eſt q̃; mortuus,



Vi uimus, ui uimus, & mori e-



mur omnes, Quid mori tura ca ro ſuperbis?



Quid mori tu ra ca ro ſuperbis?

Ter

Ter trecentos, bisq; senos,
Sethus habebat annos:
Vixit, estq; mortuus:
Viuimus, & moriemur omnes,
Quid moritura caro superbis?

Octoginta lustra centum
Vixit, & Enos vnum:
Vixit, estq; mortuus &c.

Octoginta lustra centum,
Et duo sunt Cainæ:
Vixit &c.

Ter trecentos, absq; quinq;
Fert Mahalelus annos:
Vixit &c.

Ter trecenti, sexaginta
Et duo sunt Iaredo,
Vixit &c.

Cum trecentis, sexaginta
Quinq; gerens Enochus,
Scandit absq; funere
Sidera, certa resuscitandis:
Quid moritura caro stupescis?



PRudentes, Prudentes oculos ha-



be, Ve ta q̃ diuaga ri, Ve



ta q̃ di uaga ri, Nec ducas i mi ta bi le,



Quicquid ni te re cernis, Serpens ingeni-



o sus est, Cũ nult nocere splendet.

Obserua

Obſerua tua munia,
Fideliterq; cura:
Quæ diuerſa patent, fugea
Nec ampliora quære:
Mundi moribus abſtine,
Coinquinant ſodales.

Exemplis ſæpe Biblicis,
Studéq; cautus eſſe:
Cùm, ſanctis patribus ſati,
Ad impios abibant:
Fiebant pariter mali,
Maloſq; procreabant.

Mundanum nihil eſt bonum,
Recede, ſperne, vita:
Quantumuis ſpecioſius
Sit, glorioſiusq;:
Perdit ſpiritualia,
Mundana quiſquis ambit.

BEatus il le, quisqs est, ut E



nos, Pa remq; fa mam, parem q; fa



mam poste ris relinquit, Ve ra ce te ste



fretam, Fal sa ni hil ce le brati o



pro dest.

Quid

Quid ergo dignum laude gesit Enos?
Nomen Iehouæ cœpit inuocare:
Hanc gloriam dat illi
Spiritus, omnia vera locutus.

Silete Regum principumq; laudes:
Encomiastæ Cæsarum silete:
Ad astra fertis illos,
Quos sua fata tulere sub Orcum.

Timete lubrici duces Iehouam,
Fidelibusq; nuncupate votis
Sacros iuuate cultus,
Nomen habebitis inde beatum.

Vanescit huius sæculi potestas,
Abscondit Orcus impium Tyrannum:
Cultor pius Iehouæ
Lucida transit ad astra beatus.



QVis tibi nunc uideris impie mundee Antea
Fortior ésne factus, Li be riór nee



quàm fu i sti, cũ peri j sti, Ante a-

quàm fu i sti, cũ peri j sti, cum perijsti, Om-



ne scelus doman te, omne scelus do



mante Æ quoris i ta.

Debilior

Debiliora reddit
Cuncta ſenectus
Arctiùs obligatur
Nequior ætas:
Cladibus ex vetuſtis
Diſce futuras:
Flagitijs abeſſe
Pœna recuſat.

O meditare plagas
Anteriores,
Et fuge pœnitendo
Poſteriores:
Ecce, rapax volutat
Vnda parentes:
Flebilis inter vlnas
Occidit infans.

Nulla domus, nec arbor
Dat ſtationem:
Montibus altiores
Aſpice fluctus:
Aſpiciens paueſce,
Pronus & ora,
Vt tibi Chriſtus arcæ
Præbeat vſum.

XII De

XII, DE IMPIORVM CONTVMACIA.



QVantus ho mun ci onis ij.



Nunc tumor est, putat astra tan gi, Verti ce



pi le a to, uer tice pile ato, Cum gerit



ex u ui as uo lu crum, Aut alijs a-



deptus ex a niman tibus est a mictum'

Vix

Vix paitur moneri,
Vt Deus, & pietas colatur:
Fronte minatur iras,
Ægocerote petace peior:
Omne ſacrum prophanat,
Pro precibus citat ore diras.

Vt lubet, intumeſcat:
Nil tamen adijciet ſtaturæ.
Paruulus eſt, manebit:
Quin etiam minor ipſe fiet:
Ni reſipiſcit antè,
Quàm veniat domitor Gigantum.

Grandis erat poteſtas,
Famáq; per populos, Gigantum:
Robore præualebant,
Nullius os, neq; ius timebant:
Attamen vniuerſos
Vindicis vnda Dei vorauit.

Auſa proterua nedum
Nunc patiatur homuncionis:
Experiére mœſtus,
Qui petulante furore geſtis.
Finiet ira ſpretam
Longanimis bonitatis horam.

XIII. DE

QVàm mi ra bilis est, ij. omnipo-

tens Deus, Quod uult, omne iu bet, quod iubet effi-

cit, Vna præcipit in domo, una præcipit



in domo, Vt cum Lame chide, Vt cum La-



mechi de sint a nima li a.

Vni cuncta viro subñcit: aspice,
Incedunt placidis gressibus ardua:
Incedunt & humillima,
Non vis, nec metus est, pax regit omnia.

Mansuetis oculis spectat ouem lupus:
Placatumq; boui pectus habet Leo:
Non terret leporem canis:
Nec paruæ volucri Miluius inuolat,

Vni mille viro subdere bestias,
Et cunctas faciles reddere, qui potes:
Humanis quoq; cœtibus
Da mores placidos, sub ducibus pñs.

Intractabilius nil hominum grege
Est: Tigres referunt cordibus, & lupos:
Tu mirabilis es DEVS,
Vni mille viros morigeros facis.

XIIII. DE

XIIII. DE VITANDA EBRIETATE.



Vini potente Noa uictus hauſtu, Pre-



cumbit omnis iumemor pudoris, Fit improbi lu-



ſus Chami, Fit improbi luſus Chami, Cauete, ca-

ue te, cauete, uim teme ti, Mille tra



hit, mille trahit temulen ti a no xas no xas.

Obliuiosa

Obliuiosa post Phalerna, Lothus
Cum filiabus dormit, & nefandis
Amoribus se polluit.
Cauete vim temeti,
Mille trahit temulentia noxas.

Dauide spreto cum suis ministris,
Ingurgitans gulam mero Nabalus,
Languore crastino perit.
Cauete vim &c.

Conuiua fratris Absolonis Amnon,
Inebriatus largiore potu,
Inter Scyphos transfigitur.
Cauete &c.



Est incer ta se re nitas ij.



Fit nu bi lo sus a er, Sol abdit



faciem suam, Ma descit imbre tellus, Made



scit imbre tellus, Cœlo se tamen ex e=



rit Mi ra cu lo sus ar cus.

Quem

Quem post diluuium DEVS
In nube collocauit:
Certi fœderis indicem,
De gratia perenni:
Ne mundus, veteri parem,
Formidet imbris iram.

Quanquàm cor hominis recens,
Sit par vetustiori:
Nec quisquam sine crimine
Nascatur, atq; viuat:
Promittit tamen vberem
DEVS benignitatem.

Agnosci decet hanc simul,
Cum prauitate nostra:
Regnet gratia per fidem,
In pœnitente corde:
Sic post nubila, spes erit
Certæ serenitatis.

XVI. DE TVRRI BABYLONICA.



PRogressa progressa multitudo Noidarum,



multi tudo No i darum, In arua Chaldaea



probata genti, Ve ni te, ueni te ij.

dicit inuicem, ue ni te, Faci



amus lateres, ig neq; duran te co quamus.

Venite

Venite, nobilem ſtruamus vrbem;
Turrimq; nubibus ſublimiorem:
Celebre nobis nomen vt paremus,
Priùs ac digrediamur varñ per loca mundi.

Supremus altè proſpicit Monarcha,
Et vanitati reſtiturus, inquit:
Venite, confundamus hos, loquantur
Varñs diſſona linguis, ſtupeãt mutua verba.

Sic inquit, & facit Deus: videte
Præſumtionis exitum prophanæ:
Videte, turrim Noidæ relinquunt,
Pudefactiſq; recedunt labñs mille per oras.

Cauete, turpitudinem lucrantur,
Æquare terram qui volunt Olympo;
Colamus vtriuſq; conditorem;
Ita verè celebri laude beati potiemur.

XVII. DE PEREGRINATIONE PIORVM.

QVàm deli cà tu li ſumus, ij.
Dum res eunt fe li citer,



Quàm delicatu li ſumus, Molleſq; Chriſti.
Dum res eunt feli citer, Poſſeſſi o q;



a ni, In o re nobis eſt frequens, in
conſtat,



ore nobis eſt frequēs Fides profeſſa Chriſtum, Sa



cro q; uerbo ca ri us Nil eſ ſe prædi camus, Nil



esse prædicamus.

Mentimur, & contrariñ
Nostris sumus loquelis:
Nam si qua peior incidit
Fortuna, murmuramus:
Ægerriméq; patrñs
Discedimus tabernis,
Quando peregrinatio
Nos Christiana poscit.
Quid vnius relinquere
Sedem grauamur vrbis?
An non per omnem diues est
Christus, potensq; mundum?
Quicquid bonorum nascitur,
Et horreis locatur,
Est conditoris: ipsius
Est plenitudo terræ.
Hac Abrahámus in fide
Paret DEO vocanti:
Gentes peregrinas obit,
Molestiasq; perfert:
Vbiq; certam Numinis
Opem, fidemq; sentit:
Fidamus, emigrantibus
Adest vbiq; Christus.

XVIII. DE MINISTRIS DEI.



O popu li populi, ô populi po puli, cur odi

o ſe cur o di o ſe. ij. Dei mini-



ſtros ſemper habe tis? Cur inuidet his cur inuidet



his lu mina ueſtra? lumi na ueſtra? Nil



cæ terorũ ferre graua ta.

Quid

Quid malè ſunt meriti? quid nocuēre?
Quæ tanta vobis damna dederunt?
Vt his remotis, ſecla futura
Exiſtimetis Proſperiora.

Non alius Sathanæ gratior error
Eſt, in prophano pectore mundi:
Audite, qualis vox Abrahamum
Commendet, olim qua Deus inquit:

Qui tibi cunctis viri fauſta loquentur,
Illis viciſsim fauſta profabor.
Maligna verò quæcq; precantes,
Vices malignas experientur.

Ergo fauore Dei qui cumulari
Vultis, ſacrorum ferte miniſtros:
Sacris repugnans it maledictum:
Beatus eſt, qui morigeratur.



Nihil absq; DEO benè cedit ij.



Quoro bo re cunq; gera tur, Fe li ci-



ùs fe li eiùs arma piorum, arma pio-



rum, Numero li cet im pa re, pug nant,



Nume ro li cet impare, pugnant.

Socios Sodomeus habebat
Rex quatuor, ecce fugatur
A regibus haud ita multis:
Spoliatur & ipsa Gomorra.

Abrahamus, vt audit abactum
Lothum, properare trecentos
Vernas iubet, octodecimq;
Numerosaq; millia vincit.

Spolijs redit auctus opimis,
Nullum sibi seruat: auaros
Victoria deserit enses:
Generosaq; castra frequentat.

Quid inania bella mouetis?
Nostri mala brachia secli:
Pro fratribus æqua tuendis
Capiens manus arma, triumphet.

XX.CON-



XX. CONTRA TENTATIONEM DIABOLI.



Quid toti es animam quid toti es animam



peccati nomi ne terres peccati no mine



terres? Tentator atrociß me, tenta tor

atrocißime, Nullius omni um ti bi nullius



om ni um ti bi



Con fes si o nem debe o. Nil

Nil tibi, sed Domino peccaui plurima soli:
Nam solus ipse iustus est,
Legemq; solus tradidit:
Soli DEO sum debitor.

Iprocul hinc Sathana, iuris nil est tibi mecum:
Vt factus ipse sim reus,
Cum cæteris mortalibus,
Tu iusseras: quid exigis?

Ante Deum fateor, quicquid damnabile feci:
Qui solus omne ius habet.
Pieq; supplicantibus
Remittit omne debitum.

Supplico iustitiæ, pacem clementia præstat.
Per filium placatus est,
Donatq; Spiritum Pater:
Sic certa me fides tenet.

PSALMO 115.

Non nobis Domine, non nobis, sed nomini tuo da gloriam.

Finis Odarum Primi Libri.

Versus

VERSVS IN HIS ODIS VSVRPATI SVNT.

1. ¶ Sapphici, Hendecasyllabi, sic:

-u---uu-u--

ut. Primi quiq; tres, Odæ 1.

2. ¶ Adonij Pentasyllabi, sic:

-uu-u

ut: Vltimus quisq; Odæ 1. omnes Odæ 7. Secundus, quartus, sextus, & octauus, Odæ 11.

3. ¶ Archilochij, dactylici, sic:

-uu-uu-

ut Primus & tertius quisq;, Odæ 2. Primus & secundus quisq;: Odæ 4.

4. ¶ Anacreontici, Iambici, dimetri, sic:

--u-u--

ut: secundus & quartus quisq;, Odæ 2. Septimus & octauus quisq; Odæ 5. tertius quartus & quintus quisq; Odæ 6. tertius quisq;, Odæ 10. quartus quisq; Odæ 14. Secundus, quartus & sextus quisq; Odæ 15. Secundus quartus sextus, & octauus quisq;, Odæ 17.

5. ¶ Iambici, dimetri, Brachycatalecti, sic:

--u-u-

ut: Quintus & sextus quisq;, Odæ 2.

6. ¶ Archilochij, Iambici, dimetri, acatalecti,

--u---u-

ut: Septimus & octauus quisq; Odæ 2. Tertius quisq; Odæ 14. Primus, tertius, quintus, & septimus quisq; Odæ 17. Secundus tertius & quartus quisq; Odæ 20.

7. ¶ Aeolecij Hendecasyllabi, sic:

---uu-u-u-- ut. omnes, Odæ 3.

8 ¶ Eu-

8. ¶ Euripidæi, trochaici, Dimetri, acatalecti, sic
-u---u--
ut: tertius quisq;, Odæ 4. Primus quisq;, Odæ 8.
9. ¶ Archilochij, Trochaici, dimetri, Catalecti, sic:
-u---u-
ut: quartus quisq; Odæ 4. Tertius quisq;, Odæ 8.
10. ¶ Ithyphallici, Trochaici. dimetri, Catalecti. sic:
-u-u-u
ut: Primus & tertius quisq;, Odæ 5.
11. ¶ Anacreontici, Iambici, dimetri, Catalecti, sic:
uu-u-u-- ut: Secund: quartus, & quint: quisq;, Od: 5.
12. ¶ Archilochij Iambici, dimetri, catalecti, sic:
u-u---u-u--
ut: Primus quisq;, Odæ 8. Primus & secundus quisq;
Odæ 10. Primus & secundus quisq; Odæ 14.
primus, secundus, & tertius quisq; Odæ 16.
13. Aristophanici, Choriambici, dimetri, acatalecti, sic:
-uu-u-u
ut: Secundus quisq;, Odæ 8. Primus, tertius, quintus
& septimus quisq; Odæ 11. Primus tertius, & quintus
quisq; Odæ 12.
14 ¶ Alemanij, dactylici, Tetrametri, sic: -uu-uu-u-u
ut: Quartus & quintus quisq; Odæ 8. Secundus,
quartus & sextus quisq;, Odæ 12.
15. ¶ Glyconij, Choriambici, Trimetri, Acatalecti, sic:
--uu-u-
ut: Primus tertius & quintus quisq;, Odæ 9, Tertius
quisq; Odæ 17. Primus tertius & quintus quisq; Odæ 15.
16 ¶ Alemanij, dactylici, Tetrametri, sic:
-uu-uu-uu--
ut: Quartus quisq; Odæ 10.

Quin-

Quintus quisq; Od: 14.

17. ¶ Asclepiadæi, Choriambici, Tetrametri, Acatalecti, sic:

--uu--uu--u-

ut: Primus, secundus, & quartus quisq;, Odæ 17.

18. ¶ Alcmanij, Ionici, tetrametri, Acatalecti, sic:

uu--uu--uu--uu--

ut: quartus quisq;, Odæ 16.

19 ¶ Anacreontici, Ionici, trimetri, Acatalecti, sic

-uu-uu--uu--.

ut: Primus quisq;, Odæ 18.

20 ¶ Aristophanici, Ionici, trimetri, Acatalecti, sic

--u---uu--.

Vt: posteriores quiq; tres, Odæ 18.

21. ¶ Anapestici, Dimetri, Catalecti, sic:

uu-uu-uu--

--uu-uu--.

Vt omnes, Odæ 19

22. ¶ Heroici, Hexametri, sic:

-uu-uu----uu--,

ut: Primus quisq; Odæ 20.

EPIGRAMMA.

Tunc iuuenilis
Vox bene tollit
Iubila, digna
Cùm canit astris.

LIBER SE-

LIBER SECVNDVS

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI, AC DOMINO, D. VVOLFFGANGO, DVCI BRVNSVICENSI, & Luneburgensi &c. Principi & Domino suo Clementissimo.

ETSI PRÆSENS HOC tempus, quo & lues Pestifera longè latèq; grassatur: & Cometa radijs terribilibus Pharaonico mundo graues & duras plagas diuinitus minatur: triste potiùs silentium, quàm Musicam læticiam postulare, plærisq; videri possit. Tamen, cum eiusmodi omnia, terrificam speciem præ se ferentia, Christo teste, nihil aliud sint, nisi certa appropinquantis liberationis signa: quibus apparentibus omnes verè fideles non tristi & deiecto vultu terram, sed alacri potius, erectàq; fronte, cœlum intueantur: hoc ipsum tempus, lue Pestifera, & Cometa terribili insigne, nequaquàm à Musica alienum, sed eidem (quia lætitiæ plenum) conuenientissimum censendum erit. Omnes itaq; baptizati semper & vbiuis locorum in Domino Deo nostro gaudeant: & cum Dauide, a-

ñſq; electis, quàm diu fuerint, Hymnos & Pſalmos Saluatori canant. Hæc mihi perpendenti, & animo reuoluenti, incitamento fuêre: quò non minus hoc, quàm alio tempore, officiq; mei memor, ſolitas operas facerem, & in laudem Dei has Odulas publicarem: Idq; ſub Celſitudinis V. nomine Illuſtriſs: & celeberrimo, de cuius pietate & amore erga verbum Dei, nec non obſeruantia & liberalitate in literatos, præter vulgarem rumorem, C. V. & Imperialis vrbis Mulhuſinæ Medicus peritiſſimus & clariſsimus, D. Iohannes Elxlebius, multa præclara quàm ſæpiſsimè mihi & alijs commemorauit. Oro igitur obnixè, vt C. V. hanc dedicatiouem Muſicæ reſeruatæ, nec adeò apud Germanos vulgaris, clementer ferat, & accipiat: & me vel minimum huius artis alumnum promoueat, frequentiq; cum incolumitate hoc dono fruatur. Dabatur Mulhuſio Duringorum, Primo Ianuarij die, Anno Chriſti nouo M.D.LXXVIII.

C. V.

Seruus humillimus

Ioachimus à Burck, Muſicus
& ciuis Mulhuſinus.

CLARISS. MVSICO D. IOACHIMO à BVRCK, AMICO S. CARISS: NICOLAVS SELNECCERVS, S.

CArmen quod Ioachime nuper ad me
Misisti, precibus pijs, & Odis
Inclusum, properans & occupatus
Vidi: perplacuitq; suauitatis
Concentus: licet omne sit molestum,
Concentu sine quod fit, ut fit, omne,
Concentus tamen inter hæc probatur,
Si quandoq; datur sonore tantum.
Ah quid uita hominis sonore demto,
Quem dat Musica suauis & decora,
Vires corporis intus, & per artus
Extollens, recreans, uigore replens?
Hæc est grata Deo melodiæ uox,
Hæc est Angelicis probata castris,
Hæc est grata pijs, Polo, mariq;
Et terris. Abeant procul nefandi,
Quorum pectora nullus urit ardor
Concentus. Sed & hos ualere cunctos,
Ceu portenta hominum, sinamus. At tu
Constans ô Ioachime perge, Christo
Inseruire pijs melodiarum
Sacrarum precibus, labore sacro.
Cui seruis, dabit ille pro labore
Quæ uis præmia suauitate plena.

Lipsiæ 5. Nonis Octobris, Anno 1577.

I. DE PERPETVA DEI LARGITATE.

QVid procul ex eunti, Dat Abrahamus Haga-
Quod comedat, bibat q̃, Domo fugatus Iſ ma-

ri e Dat cere ale donum, Et u tre con clu-
el:



ſas a quas. Est ui a longa, totum Abſu mi-

tur ui a ticum: De ſi cit u ni uer-

ſa Mortalium beni gni tas.

Quid

Quid Deus Ismaeli,
Cum matre præstat exuli?
Deficiente potu,
Quo nutriatur paruulus:
Sollicitæ parenti
Aquas videndas exhibet:
Fontis aquas perennis,
His fotus augetur puer:
Perpetuum leuamen
Diuina præstat largitas.

Ergo licet fauoris
Et nunc sit ingens raritas:
Quo iuuet exulantem
Vel hic vel ille proximum:
Haud tamen in periclo
Sperare quicquam desinam:
Est Deus, hoc iubente,
Vel solitudines scatent:
Christe Precor, videndum
Monstra tuum fontem mihi.



ORan te Patriarcha, ij.



Sanatur ille prin ceps, Sanatur



il le princeps, Cui Sara plucra ui sa,



Debebat esse coniunx, Debebat esse coniunx.

Post

Post redditam marito,
Tristes minæ silescunt:
Quibus reprensus antè,
Raptor mori pauebat.

Tantum valent, ad astra
Iactæ, preces piorum:
Cum Pœnitentiali
Suspirio reorum.

Frustra leuationem
Doloris ille sperat:
Frustra Dei ministrum
Pro se iubet precari.

Qui non priùs minarum
Graui tremiscit ictu:
Nec pœnitente dextra
Raptum cuiq; reddit.

Vt efficax minarum,
Precumq; sit loquela:
Veni Deus, tuoq;
Perrumpe corda Flatu.



ABimelechus habet, A bi me lechus

habet, Raptã nec attingit Saram, Qui fit, ut ab-



sti ne at Qui fit, ut absti ne at Quæ



tanta regis ca stitas Osor a dul terij,



Deus regit ne go ti um.

Ille

Ille propinquus adest,
Sanctèq; custodit virum:
Ne temere faciat
Occasione lubrica:
Nèue thori scelere
Plagas acerbas attrahat.

Solius omne Dei
Est munus, integrum quod est:
O homo ne tribuas
Quicq; tuis virtutibus:
Nanq, nisi Dominus
Largitur, omnibus cares.

IIII. DE



Dis ci te Christi a ni, Ab Abra hamo



dis ci te, Quomodo uos ge ra tis, Quomo-



do uos gera tis, In per se cu ti o ni-



bus, In perse cu ti oni bus, Vt quoq; uestra



ni ta Probetur aduer sa ri js.

Cum

Cum ſpoliatus eſſet
Vxore dilectiſsima:
Iamq; grauis teneret
Vindicta raptoris domum:
Nulla ſubibat ipſi
Hoſtilis inſultatio.

Non tacitum trahebat
Ex vltione gaudium:
Sed Dominum rogabat,
Plagas vt ortas tolleret:
Propitiuſq; regi,
Cunctis foret cum ſubditis.

Hanc imitationem
Ab Abrahamo diſcite:
Et reducem ſalutem
Optate veſtris, hoſtibus:
Sic docet ipſe Chriſtus,
Sic Chriſtiani vos decet.

V. DE

Con cipit in se necta, ij. De



si deratum desideratum, ij. tot per an-



nos fi lium; Et Pa rit, atq; la ctat,



& parit, atq; lactat, Per fun di tur q;



Sara mille gau dijs, gaudi js, gaudi js

Multa

Multa recedit ætas,
Beatitudo Christiana dum latet:
Deniq; corporali
Labente vita, ſpiritalis incipit.

Spem retinete firmam
Promiſsonis, Chriſtiana pectora:
Triſtitiam ſenilem
Sequetur æterni iuuentus gaudij.

VI. DE

VI. DE INIVSTICIA OMNIVM HOMINVM CORAM DEO.



QVis uirorum si bi non ui de tur pi us



Quis ui rorum si bi non uidetur pi us Quot



ha bitant simul in his, & a li js mœ ni-



bus, Argu i nemo se patitur ex omnibus,



Pessi mi quiq; se prædicant op ti mos.

Errat

Errat humana mens, perperam iudicat,
Vbi suis sine Deo loquitur ex sensibus:
Testis est Patriarcha, Sodomis qui fauet:
Esse iustos ibi ne decem comperit.

Sic opinamur & nos pios, fallimur: (tant
Quid agimus, nisi malum? quid animi cogi-
Acer inspector est Dominus: hoc iudice,
Iustus est omnium nemo mortalium.

Nec per hunc, nec per illum precari licet,
Deus vt esse populo misericors annuat:
Vnus est, esse propitius in quo velit,
Nempe Christus: per hunc iusta sunt omnia.

Per tuum te precamur Deus filium,
Venia detur vt vbiq; miseris gentibus:
Iustus est filius tuus, & vnus facit,
Omnis vt deleatur reatus fide.

VII. DE

VII. DE CAVSSA OMNIS MALI.



QVid Para di so, ij. Quid Para di-

so Pellit Adamum? Pellit Adamum? Et ma le-



di ctos Trudit in a gros? Propo si

ti negle cti o uerbi, Omne malum omne malum



priscis tu lit an nis, o re sipis ci te, ô

resi-

resipis ci te po steri ta tes.

Quid fugitiuum
Esse Cainum?
Et Patris ædes
Linquere iussit? Propositi &c.
Quid premit alta
Regna Gigantum?
Quid vorat omnes
Æquore terras. Propositi &c.
Quid Sodomitas
Igne perurit?
Atq; Gomorrham
Sulphure delet? Propositi &c.
Quid Pharaonem
Mergit in vndis?
Et per Eremum
Spargit Hebræos? Propositi &c.
Quib Gabaitas
Ense trucidat?
Quid Solymæam
Destruit vrbem?
Propositi neglectio verbi
Omne malum priscis tulit annis:
O resipiscite posteritates.

VIII. PROMISSIO DIVINA
LAETIFICAT COR.



PRo mißi o nes, promißio-



nes à Domi no datæ à Domino da-



tæ, In corde riſum Thariadæ mouent: Fœcũ li-



tatem pol licentes, Coniugij ſterilis ſe nectæ, Cõ-



iu gi j ſte rilis ſene ctæ.

Qua

Qua Sara fiat sera puerpera,
Faustóq; gignat sydere filium:
Nutu Dei multis parentem
Regibus, & populis daturum.

Si quis virorum talia diceret,
Nec gaudio, nec dignus erat fide:
Mortalium vox nanq; fallit,
Multa loquens bona, pauca prestat.

Diuina quicquid lingua sonat, potest:
Natura quanq; dissona perneget:
Solæ Dei promissiones
Cor faciunt, sine fraude, lætum.



NE *super bi as benignæ, Ne super bi as be-*



nignæ Sortis affla en ti a, Sortis afflu en ti-



a: Nam benignæ sortis autor, Nam be-



nignæ sortis Autor, O sor est su per bi æ,

O sor est super bi æ. ij.

Facta

Facta post conceptionem
Hagar insolentior,
Post heræ despectionem
Fugit infelicior.

Angeli correcta iussu,
Rettulit domum pedes:
Et Saræ seruam professa,
Supplices dedit manus.

Seruias, quemcunq; seruum
Summus esse vult herus:
Asper est rebillionis
Insolentis exitus.



QVæcunq; magna, diues et potens es, Quæ-



cunq; magna diues, & potens es, Et cæ te-



ras be ata spernis urbes, Vi cissi tu di nem ue-

rere, Vicissitudinem uerere, qd torua spectas admo



neniem: Quid torua spe ctas admonen tem:

Nil

Nil toruitas ſuperba te iuuabit:
Nec ordinem mutabis vniuerſum,
Quo ſternitur, quicquid ſublime
Vana tumet felicitate.

Qualem putas fuiſſe ciuitatem,
Circumſitis cum mœnibus, Gomor-
Amœnitati comparatur, (rham:
Primus Dei qua floret hortus.
(dum,
Quid nunc? quid eſt? abiuit in profun-
Conſumta flãmis eſt, latet ſub vndis:
Horreſcit aſpectu ſepulcrum
Libidinis, ſuperbiæq;.

Superba tu, nec non libidinoſa,
Nullius audis ſana verba Lothi:
Stetiſſe diceris, iacebis:
Peccata vertunt omne regnum.

O ſi Gomorrham crederes ſtetiſſe,
Et propter impium iacere luxum:
Agnoſceres & te caducam,
Sed ebrio torpore ſtertis.



VE ritas parens ſa lu tis EſT, a bi
Te loquens ſu a mu ri ta A bra ha-



men da cium: At q̃ rapto ri pericl um
mus ex cidit:



Grande conflat, re gi am Morbus oc-



cupat domum.

Veritas

Veritas detecta reddit
Patriarchæ coniugem:
Atq; raptorem minaci
Liberat periculo.
Quin & occlusas recludit
Fæminas, & fœtibus
Implet, ac partum iuuat.

Veritas Abimelechum
Non modò non concitat,
Vt sit hostis Abrahamo,
Sed fauoris autor est:
Vt recepta cum marita,
Crescat ille regijs
Liberalitatibus.

Veritas Deo probatur,
Dæmoni mendacium:
Inter hos vtri potestas
Maior est, an non Deo?
Veritatem diligamus:
Et loquamur, omnium
Absq; gentium metu.

INo sti o se debat Abraha mus, In

o sti o se debat Abraha mus, Cum



feruor esset maximus di e i, Tres cõspicit ni=



ros, domũ uo ca tis In pran di o lu=

bens mini ster ad stat.

Quales

Quales viri ſunt? angeli fuerunt:
En qui benignus eſt, & hoſpitalis,
Et aduenis languentibus miniſtrat,
Illius ædes Angeli frequentant.

Quin & preregrinatur ipſe Chriſtus,
Et liberalis hoſpitis fit hoſpes:
Conuiuióq; gratias rependit,
Quicquid boni precatur, omne
(præſtat.
Hoſpes Deus quid ſoluit Abrahamo?
Promittit ex Sara virile germen:
Quid Patriarchæ charius dediſſet?
Felix, Deũ quicunq; paſcit hoſpes.

Paſcit Deum, Patronus indigorum,
Quicunq; mendicantibus dat eſcam:
Nec irritæ ſunt pauperum ſalutes,
Auget Deus largis opes Patronis.

XIII. DE

XIII. DE FIDEI IMBECILLITATE.



De bi li tas fi de i, De bi li tas fi de i

Hu ma na quærit Pharmaca, Humana quærit



Pharmaca, Et ra ti o nis o pe, Et ra ti-



o nis o pe, Su is me de ri uult malis, Su-

is me de ri uult ma lis

Thariadæ

Thariadæ Dominus
Custodiam promiserat:
Qualiacunq; loca,
Gentesq;, iussus viseret.

Sub Pharaone timet,
Et Geraræ sub principe:
Tutior esse volens,
Fingit sororem coniugem.

Autor adulterij
Foret per hoc mendacium:
Ni Deus ipse nefas
Caueret, ac propelleret.

Errat, & in grauius
Periculum se conijcit,
Consilium Domini
Volens iuuare proprio:

Vt tibi simpliciter
Credamus in verbo tuo:
Pectora nostra Deus
Præsente firma Spiritu.

XIIII. QVE

XIIII, QVERELA DE IMPIETATE.



EHeu E heu ij. quàm miſe ri



ſu mus quàm mi ſe ri ſu mus,



Nec co gitamus quippiam, neccogitamusquippi-



am, Sed negligen ter uiuimus, Ventri



gulæ q̃ de di ti Ventri gulæ q̃ de di ti.

Ploret

Ploret, qui reminiſcitur,
Quàm lubrici ſint Noadæ:
Vix ira ceſſerat maris,
Chamus patrem cum deſpicit.

Ploret, qui Sodomam videt,
In fœda lapſam crimina:
Nec mentione territam,
Merſi ſub vndas ſeculi.

Eheu quàm ſumus auñ,
Vix Lothus audit Angelos:
Ad exeundum cogitur,
Manu prehenſus ducitur.

Luge, quiſquis es impius,
Et ad Deum conuertere:
Quid claudicas? i fortiter,
Mundana tranſeunda ſunt.

XV. DE

XV. DE PATIENTIA ET SPE.



Quid doles ægri, Quid doles ægri, Quid do-

les ægri corporis hospes: corporis ho-



spes: qd sorte mœres spi ri tus arctat: Appropin-



quantem respice finem, Pro mißi o fert cer-



ta salu tem, Promißi o fert certa salu tem.

En

En quadringentis non minùs annis,
Quàm singulis est transitus horis:
Per quot afflictos, & peregrinos,
Deus futuros dixit Hebræos.

Omnis Isaci transijt ætas,
Et diuagantis vita Iacobi:
Transij duro sub Pharaone,
Actum Gosenis tempus in aruis.

Seruitus finem languida cœpit:
Hostes superbos plaga repressit.
Per rubras vndas, & per eremum
Est ad quietem deniq; ventum.

Tota, promissa sortis Abramo,
Impleta spes est posteritati:
Crede, quantumuis est mora longa,
Promissa reddent te rata saluum.

Qualis est angor cunq; per orbem,
Quot sustinetur cunq; per annos,
Transit, & læto fine potitur:
Sic dicit, & sic præstat Iesus.

XVI. DE PECCATO VITANDO.



Qvid le ui us Ca inos Quid dul ci us uide-



tur? Quàm fugiens Abelum, Vita se quen te, san-



guis: Dum Sathanæ furorem, Su æ q; carnis in-



plet, Quo stimulante sœ uit, Fratrēq; ui truci dat.

Quid

Quid grauius Cainum,
Acerbiusq; mordet?
Quàm madefacta tellus
Rubente cæde fratris:
Dum venientis audit
Dei seueritatem:
Et maledictionem
Agnoscit in reatu.

Vociferatur eheu,
Eheu furenter egi:
Tantus iniquitatis
Patet meæ reatus,
Gratia quanta non est,
Nec spes remissionis:
A Domino reiectum,
Vindicta me vorabit.

Esto procul voluptas
Peccata perpetrandi:
Cum Sathana recedat,
Vtrinq; mentienti:
Ante scelus peractum,
Ortumq; post dolorem:
Sit neq; dulce labi,
Nec triste pœnitere.



Vtrunq; fit malignum, Vtrunq; fit ma lig=



num Per dæmonē: q; ora, p dæmonē q; o=

ra, Vel mu ta ſunt, uel a tras, Vel



muta ſunt, uel atras Bleſphemias lo quun=



tur, Bleſphemias loquuntur, ij.

Linguam

Linguam Deus ſolutam
Vult eſſe, præcipitq;:
Vt glorioſa Chriſto
Sit, vtiliſq; mundo.

Labri ſonantis vſus
Et cantus eſt: eundem
Quidam nimis Prophanant,
Quidam procul relegant.

Mos neuter eſt probatus
Deo: pñ ſacrato
Cùm Spiritu caleſcunt,
Pſalmis ouant, & Hymnis.

Nec cultus hic Olympo
Ingratus eſt, fatente
Paulo: Deo placentes
Paſsim canantur Odæ.

Elingue ſit palatum,
Obſcœnitate gaudens:
Sit muſa multilinguis,
Ardens ſonare Chriſtum.



QVando tu as uenit an te fō res
Et ce re a li a fru sta pe tit,



Lazarus e su ri ens, Ne semel i-
Nomi ne dan da De i,



re si nas ua cu um, Dummodo pa ris ad-

est, Aut o bu lus, si mi læ pre ci



um, Quam si bi pauper e mat.

Nomine

Nomine nanq; Dei petitur
Parua medela famis:
Qui petit, est Domini famulus,
Filius imò Dei:
Ille Patri, Dominóue suo
Mutua frusta petit.
Reddere qui bona multa parat,
Quottidiéq; probat.

Da, quod inops edat, accipies
Plus, referente Deo.
Quid dubitas? vacuasq; iubes
Pauperis ire manus:
Mutua nónne Ceres hominis
Nomine sæpe datur?
An tibi plus penes est hominem,
Quàm Dominum, fidei?

Ah pudeat tua corda tui,
Recta nec ora feras:
Qui Dominum leuius homine
Nomen habere putas:
Vnde suas homo diues habet,
Quas tibi reddat, opes?
Nònne Deus dedit? & dubitas,
Reddere posse stipem.

XIX. CONSOLATIO TRISTIS ANIMAE.



Corporis exi gu i, ij
Multaq; solli ci ti



Hospes es ô a ni ma: Perpetuum pa ti
Præ li a co du ha bes:



tur Vis ui o lenta ni hil, Eijci-

ere tu o, Eij ci e re tu o, Fle bi lis

hospi ti o, Fle bi lis hospi ti o.

In

In cinerem recidet,
Quæ cinis ante fuit:
Lubrica nunc etiam,
Ratóq; sana caro:
Hanc mihi perniciem
Lapsus Adæ peperit:
Tu quoq; sons anima
Quò fugitiua rues?

Mortis eras, sed opem
Te redimentis habes:
Semen habes Abrahæ,
Sic benedicta manes:
Crede, nihil dubita,
Seminis eius opem
Non minùs, ac Sobolis
Hebridos, esse tuam.

Nam manifesta Dei
Concio prorsus ait,
Omnia Thariadæ
Semine salua fore,
Quot populi genera
Disitus orbis habet:
Pars ego sum populi,
Crede, vales anima.

XX. DE CHRISTO VICTIMA MVNDI.



Mi pater Abra ha me, Quid uis I-



sa ce fi li: Ec ce pa ter,



p a ra ta, Et ligna sunt, et i-



gnis: Victima, quæ cre. meturs Dic,



unde sit peten dar ô mi hi chare

fili,



fi li, Deus, ſcit om-



ne ſacrum, Is ſi bi prouidebit, Is



ſi bi prouidebit, Quã uult ouem cremari

SECVNDA PARS.



Dixerat Abrahamus, E-



uentus approbauit, Nam Deus ipſe Chri-

ſtum



ſtũ proui dit, prouidit offeren-



dum, to ti us il le mun di



pecca ta de let Agnus, Gaude at, ij.



V ni uer ſa, Chriſtũ profeſſa tellus, Gaude at,



ij. at q; gratas Laudes ad

aſtra iactet, ad aſtra ia ctet.

Scholasticæ iuuentutis.

ANnis si teneris adhuc libellus
Odarum mihi talium fuisset:
Quales has iuuat, & decet probari,
Dulces omnibus utilesq; punctis:
Cum condiscipulis eum profectò
Triuissem manuum frequente plectro.
Assuetum labijs, probéq; notum,
In præcordia prorsus abdidissem.
Hinc totus memori subinde cantu
Erupisset, & astra recreasset.
Sic inter reliquas enim Poesin,
Natura duce prosequebar artes.
Sic & Musica me sua tenebat
Suauitate, nec hactenus reliquit.
Cuius ter tria lustra claudit ætas,
Nec primis studijs fauere cessat.
Est rarissima nunc eo iuuentus
In Musas animo piè canoras,
Sit, quæcunq; sit, hoc sibi piarum
Musarum uideat patere munus.
Qui non impius, & rudis manebit,
Delectabitur hoc puer Libello.

M. Ludouicus Helmboldus.

ODA SAPPHICA, DE VSV Christianarum Scholarum.



QVi viris doctis, docili q̃ turbæ



Commo dam ſedem dat: vbi le-



gatur Sermo diſcendus, ſine quo ſa lu-



tis Copi a non eſt, Co pi a non eſt,

Ille, quam laudem pia Sunamitis,
Hoſpitis ſancti reperit fauore:
Et Capernæo ſimilem reportat
Centurioni.

Fructus

Fructus amborum patet: hic propinquum
Funeri seruum, veniente Christo:
Illa defunctum puerum, reuerso
Vate, recepit.
Tantus & nunc est pietatis vsus,
Quæ scholas fundat: dominis ministros,
Matribus reddit pueros, fugatis
Cum nece morbis,
Si domos tollas, vbi sermo veræ
Traditur vitæ: quid haberet orbis?
Præter amentes homines, & orci
Carcere dignos?
Nec creatorem, neq; se, nec vsum
Munerum nossent: mala vita mortis
Instar est, mortem mala sempiternam
Vita meretur.
Ergò lætetur patriæ senatus,
Qui sacris ædes renouat Camœnis:
Sanitas morbum, redienſq; mortem
Vita repellet.
Hîc enim docti pueri, sepulcris
Accinunt, saluas animas piorum
Esse: venturóq; resuscitanda
Corpora sæclo,
Hunc scholæ nostræ meditemur vsum,
Nil habet maius Mulhusina tellus:
Grata sit, gratosq; tibi nepotes
Christe propaget.

0130g9
2 0 47
Burgk, Jozchim von
Gf. 1 Fd 47

gl'a ex hiūlitate p
bia nemo tandē ni
Sed ad hāc pabol
hor disserendā. Fac
lamo v'ginali nat
create: ad q̄s īuita
ratione fūgentes.
mo sibi vendicet in
ligētie locū: ne veli
qd' tm̄ fide pceptibi
que ad capiendū di
missa mortalibꝫ. ar
audacia: ne ration
ingenij acuitate in
ligētie īcludant. Et
noratior īuitatus
tate accipiet locū e
quo ille amotus: sed
oēm suū intellcm̄ ī
tiuauit. Facte st̄ et s
nuptie. ad q̄s īuitan
norū acumīa: ī qu
qꝫ appositōes sūt et s